



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt XVI. Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

ritq; liberi ad bene usq; vivendum. Nam liberum arbitrium vsq; adeo in peccatore non perit, vt per illud peccent, maxime omnes qui cum dilectione peccant, & amore peccati, hoc eis placet quod eis libet.

§. 2. Concilium Tridentinum hinc timorem initialem, & seruilem bonum esse docet. Tossanus hunc in modum contradicit. [Falsum est ergo, quod seruile ex determinatione Concil. Trid. sess. 6. c. 6. in hunc locum annotant: Timorem seruilem esse salutare: & metu penarum, exemplo huius adolescentis, conuer-
Timor ini-
tialis. ti multos ad Dominum. Nam talis timor nihil Pharaoni, nihil etiam Iudæis illis contumacibus profuit, de quibus Pl. 78. cum occideret eos Deus, querebant eum, & reuertebantur: sequitur autem postea, & mentiebantur lingua sua, & cor eorum non erat rectum. Vt maxime ergo subigere soleat Deus nonnullos, & ad penitentiam preparare initiali quodam timore, vt loquitur Calu. 1. 3. de Instit. c. 3. sect. 2. Ille tamen timor non est seruilis, vt videmus in hoc ipso adolescente, sed ex sensu & recordatione dulcedinis domus paternæ, & bonorum amissorum, & consideratione præsentis miseriarum. Quot, inquit, mercenarii in domo patris mei sunt, qui abundant panibus, & ego extingor fame? Sic de populo Hierosolymitano dicitur Lament. c. 1. Recordatur Ierusalem dierum afflictionis suæ, & indigentiarum suarum, omnium desiderabilium suorum, quæ fuerunt à diebus antiquis. Quod ad Mercenarios attinet, non est ita extendenda allegoria, ac si in regno cælorum essent mercenarii. Nam ibi omnes sunt filii gratis adoptati: sed sic fieri potest applicatio.

Quod vel minimi quique, & abiectissimi abundant consolationibus in Dei domo, & sunt meliori loco, quam qui sunt extra Ecclesiam. Sic David Ps. 84. Malo esse in limine domus tuæ, quam in tentoriis impii.

Inane prorsus argumentum est. Pharaoni & Pharisæis nihil ille timor profuit, non est igitur vili salutaris. Agnitio peccati Pharaonem non profuit; nam peccasse se crebrius fatetur. Sed mox ad ingenium redit, ergo non profuit prodigo. Profuit illa non penitentiam, sed aditum aperiendo. Adolescentem ille non incipit ab amore patris, sed timore mortis, hinc fame pereor: nec amor panum mercenariorum erat charitas patris, dolor bonorum amissorum non est charitas vera: non enim alium amat amore amicitie, qui bona amissa deplorat, sed illa bona amore concupiscentiæ sibi amat. Prodest ergo timor seruilis, cum inde animus percellitur, sed Dei gratiâ ad sperandam, amandumque erigitur: non prodest, cum desperatione deprimit, aut charitate obruit, ne ad euitationem imminentis mali enitatur. Imo ipsam penam Caluinus vilem esse ait.

Denique hic notandum, Caluinum hoc loco penitentiam vocare, non respicientiam, imo dolorem requirere, contra quem Beza, aliiq;. [Hic pars altera penitentia notatur: nempe sensus peccati cum tristitia & pudore coniunctus, nam cui non doler peccasse, & sua culpa ante oculos non versatur, quiduis potius tentabit, quam vt ad bonam fugam redire cogitet. Penitentiam ergo necesse est vt præcedat duplicentia.]

CAPVT XVI.

DICEBAT autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic defamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. 2. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te: redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. 3. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia Dominus meus auferit à me villicationem: fodere non valeo, medicare erubescio. 4. Scio, quid faciam, vt, cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. 5. Conuocatis itaq; singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo? 6. At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe quinquaginta. 7. Deinde alii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. 8. Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii huius sæculi prudentiores filiis loci in generatione sua sunt. 9. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt, cum defeceritis, recipiant vos in æternam tabernacula. 10. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. 11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis. 12. Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? 13. Nemo seruus potest duobus Dominis seruire: aut enim vnum odiet, aut alterum diligit: aut vni adharebit, & alterum contemnet: non potestis Deo seruire, & mammonæ. 14. Audiebant autem omnia hæc Pharisei, qui erant auari, & deridebant illum. 15. Et ait illis: Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. 16. Lex & Prophetæ usq; ad Ioannem ex eorum regnum Dei euangelizatur, & omnis iniquitas vim facit. 17. Facilius est autem cælum & terram præterire, quam de lege vnum apicem cadere. 18. Omnis, qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mæchatur: & qui dimissam à viro ducit, mæchatur. 19. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide. 20. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlcerebus plenus. 21. Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingeabant vlcera eius. 22. Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahe. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. 23. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. 24. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. 25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia receperis bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. 26. Et in his omnibus miser nos, & vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neq; inde hinc transire. 27. Et ait, Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. 28. Habeo enim quinque fratres: vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. 29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen, & Prophetas audiant illos. 30. At ille dixit: Non Pater Abraham: sed si quis ex mortuis resurrexerit, credent. 31. Ait autem illi: Si Moysen, & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

IN CAPVT DECIMVMSEXTVM

ARGVMENTVM

Diuinam in peccatoribus recipiendis admirabilem clementiam humanitatemque parabolis trib. exposuit, nunc vero quod sit hoc in genere peccatoris officium demonstrat; nempe ut omni cura ad impetrandam vitam tendat: si enim villicus seu dispensator, magna solertia futuræ inopię prospicit, quanto magis sollicitus esse nos oportet, ut cruciatus æternos euadamus? tanto diligentius, quanto est miserabilius æternum cruciari, quam mendicare aut fodere, quæ cum filii huius sæculi omni modo etiam per fas, & nefas fugiant, exemplum præbent filiis Dei, tormentorum infernalium vitandorum. Additur de fidelitate in minimis, de non seruiendo duobus Dominis, non abolenda lege Dei, non dimittenda vxore, deniq; quoniam omnia ista Pharisei ridebant, adiungit historiam Lazari & diuitis epulonis, ut cognoscerent, quam nihil sit in opibus prædii, quam multum periculi.

In Syriacâ Ecclesiâ vsq; ad v. 19. leguntur Matutinis Dominicæ antequam ingrediatur ieiunium.

Inde vero historia Lazari, & epulonis ad vespere Dominicæ defunctorum. Quamvis ad verbum est, Vnius in sabbato defunctorum. Nam עירור ab עיר est peregrinari, vita fungi, Quâ ex re colligimus Syros quoq; defunctorum coluisse memoriam.

VERSUS 7.

Dicebat autem ¶ ad discipulos suos.
Homo quidam erat dives.

QVÆSTIO I.

Quis homo dives & villicus?

§. **H**omo diues quilibet dicitur, cui est œcono-
mus seu quæstor; cum enim diuitie adde cre-
uerint, vt grauent Dominum, alter quærendus est,
qui omnis earum fuit auctor. Villicus hic *dissimatus est*,
hic dicitur, calumniam passus propriè, sed hic pro verâ ac-
culatione ponitur, cui tamen falsa iungi consueue-
rit, acerbitate licitantum.

§.2. Villicum noster vertit, qui Græcis œconomus dicitur, Hieronymus olim hoc monuit, nec mutavit tamen, Syrus habet רבבבא *Rabbascha*, *magistrum domus*; quod est proprie *œconomus*. Alii *dispensatorem* vocant, quem & *actorem* dicunt. Sicut Tertullianus *œconomus* vocat *actum*. Sed Villicum antiquis dici constat, vel villicare, & villicationem; certe apud Marcialem lib. 12. Epigr. 17. Villicus est dispensator.

Dispensat pueris, rogatq³ longos,
Lexus ponere villicus cap. illos.

Cicero 5. Verrinâ, villicum & castodem vocat. Et lib. 14. Ep. 31. ad Atticum Villicos procuratores nominat. Reum autem domesticarum curam habuit. Columell. libro 12. cap. 1. Nec tamen insituendo villicum, rerum domesticarum villico remittimus curam, sed tantummodo laborum adiutrice datâ lenamus. Villicare autem est præfisse villâ, & negotiis domini. Pomponius. Longè ab vrbe villicare, quo herus artem venit, non villicari, sed dominari, meâ sit censura.

Villicus itaq; & procurator, & dispensator olim, cum res Romana agriculturâ constaret, idem erat. Postmanitidem nomen etiam in illis, qui rusticas rationes non tractabant. Itaq; villicare non est tantum rustificare, vt Beza arbitratur.

Verò aduersas, quam delicatis sint antiqua versionesceniores, & aliquando imperiti, Leges Ciceronis Orat. 10. Veritatem Halicenses Eumenides nobilis hominis & honesti, magna pecunia Villicus cum impulsu suo infamatus esse L. S. L. X. à Domino accepisti: quod nuper in te intrare docuit, quem domo dā gēsum esse. Vbi villicus magna pecunia esse dicitur, non quæ Villici esset, sed Domini, à Domino enim pecuniam Ver-

res, non à villico accepit. Sic accepit ab equite K. C.
Matriuio, quod eius villici pastoreſq; iuſcepſe ſent.
Et Cicero pro Plancio: Sic populus Romani deligunt
giſtratus, quos ſi reipublice villicos: in quibus ſi qua præterea eſt
ars, facile paſſit. Sic minus vitute eorum, & innocentia
contentus eſt.

S. 3. Interim villarum, & villicorum magna erat apud opulentos vsus, & horum æstimatio. Nam crebro in villis habitabant, vt mirum non sit, villicos vniuersis rationibus præfuisse. Vide Senecam Epist. 51. Illi quoque, ad quos primos fortuna Romani populi publicas opes transfudit, C. Marius & Cn. Pompeius, & Cæsar, exstruxerunt quidam villas in regione Batiinâ, sed illas inoposuerunt summis iugis montium. Videbatur hoc magis militaris, ex edito speculati latere longæque subiecta. Adspice quam passionem elegerunt, quibus adspicia excitauerunt loci, & qualis: Scias non villas esse, sed castra. Habitatorum in putas vniuersum fuisse in Vicâ Catonem, vt præter nauigantes adulteros dinumeraret, & adspiceret tot genera cymbarum variis coloribus picta, & fluitantem toto lauruosam, vt audires cantentium nocturna conuiuii: nonne mane e illis intra vallum maluisset, quod in vnam noctem manu sua duxisset? Quid ni mulier, quisquis vir est, sonnum suum classico, quam Symphonia rumpi: Hieronymus ad Algal. quaest. 6. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, sive dispensatorem: hoc enim οἰκονόμος significat: villicus autem proprie villæ gubernator est: vnde & à villa villicus nomen accepit: οἰκονόμος autem tam pecunie, quam frugum & omnium, quæ Dominus possidet, dispensator est: vnde & οἰκονόμος Xenophonis palæberrimus liber est, qui non gubernationem villæ, sed dispensationem vniuersæ domus, Tullio interpretante, significat. Ita est, si verba spectes, & etymon; quæ non correxit, sed in vsu, vt dixi, villicus est nomen pro dispensatore quarumcunque rerum. Nec mirum villicum pro dispensatore poni, Iuuenalis præfectum vrbi sic vocat Sat. 4.

- - - - VOCABULARY

Ergo in consilium procures, quos oderat ille.

In quorum facie misera, magnæq. sedebat

Pallor amicitia, primus clamante Liburno.

Currite iam sedit, rapta properabat ab olla

Pegasus, attonitæ positus modo villicus ubi

Anne aliud tunc praefecti: quorum optimus

Interiores legum sanctissimus, omnia ad eam

Temporibus dixi tractanda putabas inermi

Temporibus illis tractanda putabat inermi
Iusticiâ. -- -- --

Pegasus ille quem Verbis Villorum

his Villicum ap
N

Villicus
urbis.

Poëta, non è villà aut ab aratro adductus est, vt ideo sic vocetur, sed iuris peritissimus tempore Domitiani, à quo præfectus vrbis creatus est. Villicus igitur latè accipitur non pro solius villæ præfecto.

Quæ villicorum dignitas apud diuites fuerit, ex Senecæ Epistola 89. discas licet. Quousque fines possessionum propagabitis? ager vni Domino, qui populam cepit, angustus est. Quousque arationes vestras porrigetis, ne prouinciarum quidem satione contenti circumscribere prædiorum modum? Illustrium fluminum per priuatum decursus & annes magni, magnarumque gentium termini, vsque ad ostium à fonte, vestri sunt. Hoc quoque parum est, nisi latifundis vestris maria cinxistis: nisi trans Hadrianum, & Ionium, & eumq, vester villicus regnet: nisi Insula, Ducum domicilia magnorum, inter vilissima rerum numerentur. Et l. i. de iur.

§. 4. Villicum esse demonem putauit Gaudentius ad Geminium, alii pastores Ecclesiæ, alii diuites, vt Chrysostomus, Augustinus, Beda. alii omnes homines. Non dubito ad omnes pertinere, qui à Deo beneficia qualiacunque acceperunt, eaque non ex lege Dei vsurpauerunt. Dissipet enim bona Domini, qui contra voluntatem Domini illa impendit. Sic Ezechiel Israeli exprobrat capite 16. 17. Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, atque argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: & oleum meum, & thymiam meum posuisti coram eis. Et panem meum, quem dedi tibi, simulam, & oleum, & mel, quibus enutriuisti te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis, & factum est, ait Dominus Deus. Vita autem & omnia eius præsidia sunt Dei munera, quæ gratitudinem, vt in auctoris honorem expendantur, natura requirunt.

Christus tamen ad diuitum liberalitatem excitandam præcipue dirigit parabolam: facite, inquit, vobis amicos de mammona iniquitatis. Reuera omnia illa munera sunt: sed mutuo data, imò ipsa vita. nam

Vita data est, vienda, data est, sine fine nobis

Mutua, nec certè persolueda dicit.

Deposita igitur est, quidquid possides, tuum non est, cuius ratio ex abrupto reddenda est. Imò ipse alienus es, tui enim ipsius rationem exigeris. Infidiosa bona sunt, quæ grauant Dominum, omnes nisi prudenter vtentes mensurâ. Desiderantur, cum absunt, onerant cum possidentur. Pulchrè Seneca Epistola 15. Subinde ita quæ Lucili, quam multis consecutus, recordare: cum adspexeris quot te antecedant, cogita quot sequantur. Si vni gratius esse aduersus Deos, & aduersus vitam tuam, cogito quam multos antecesseris. Quid tibi cum ceteris? re ipse antecessisti. finem constitue, quem transire ne possis quidem. si velis: discedent aliquando ista infidiosa bona, & sperantibus meliora, quam affecisti. Si quid in illis esset solidum, aliquando & implerent: nunc haurientium sitione concitant, & inuitant speciosi apparatus. Quod futuri temporis incerta fors voluit, quare potius à fortunâ impetrem, vt det, quam à me, ne petam? Quare autem petam, obitus fragilitatis humane? Congeramus inquit: laborem ecce hic vltimus dies. vt non sit, prope ab vltimo est. Hoc si confideremus, id, quod vltimâ voluntate ordinamus, semper præ oculis habereamus.

Quod si huius mundi principes tam sunt in suos numerarios & actuarios leuati, mirari non debemus, si Deus bona sua rectè administranda nobis commisit. Vide de his Leges. libro 12. cod. tit. 50. præsertim legem Valentini & Valentis,

Qui numerari.

VERSVS 3.

Ait aut villicus intra se: Quid faciam. Quia Dominus meus aufert à me villicationem: fodere non valeo, mendicare erubesco.

QVÆSTIO I.

Cut non poterit villicare?

§. 1. QVæstionem mouent hoc loco nonnulli, vt Officiarius Theophylactus, & Beda, quomodo si quis auctorem male officium administret, mox illo moueatur, nec faciat enim malus Christianus desinit esse Christianus, nec diues iniustus continuo opibus exiit. Verum eiusmodi quæstiones magis ex anxietate, quam viciuatur omniū rerum applicatione. Fieri solet, vti quis Oeconomum infidelem experietur, rationes exigit, eumq; mutet, hoc quoque Deus solet, tardius, aut citius omnes ad rationes vocat, nullas illi decoquere potest, bonis autem priuati, quibus abusi sunt. Non igitur aliud significatur, quam bonorum vsum tolli, etiam vitam, aliaque ab illis qui malè impendunt: nam quod relinquunt, vt viuant, in pernam est. Quem semel Dominus in rebus infidelem inuenit, officio mouetur, si leges sæculi spectes: at Deus multos interdum annos dissimulat, sed tandem ad rationes reuocat. Rationes, qui illis obnoxierant, cum omnium fortunatum periculo reddere cogebantur.

QVÆSTIO II.

Quid factum à villico?

§. 1. PRimo quidem secum consultat, vtrum & iniquum consilium reperit. Debitoribus enim remittit partem, vt eos sibi amicos parat suo beneficio, alieno damno. Non sunt hic singula, sed vniuersè omnia proposito accommodanda. Duos debitorum ponit, de ceteris idem intelligi debet, apud quos fraudis precium & silentium esse arbitrabatur. Vnum debitorem ludæorum, alterum Gentilium populum vocant nonnulli: sed vix explicari potest, quomodo remissione debitorum eos sibi deuinciat. Dicendum est igitur, parabolam hunc in modum exponendam.

Si Dominus villici astutiam tam improbam, sibiq; damnosam laudauit, quod egestati futuræ callidè, prudenterque prospexit: aut si ille in amicis parandis tantâ vsum est prudentiâ, quid nobis faciendum sit, facillè apparet. Deus enim si videat nostra nosse, largiri, vt, cum ipsorum sit regnum celorum, ipsi nos recipiant in æterna tabernacula, verè non modo vt piè, sed etiam prudentissimè factum laudabit. Hic per fas & nefas de alieno largus amicos querit, ne fodere, aut mendicare cogatur, tu superflua non erogabis in pauperes, ne æternum torquearis?

§. 2. Porro non omnia accommodanda docet Augustinus libro 2. qq. Euangel. quæst. 34. In villico, quem Dominus circuebat de villicatione, & laudauit enim, quod in futurum sibi prospexit, non omnia debemus admittenda, tandem sumere. Non enim aut Domino nostro facienda est, vt in al. quo fraudis, vt de ipsa fraude eleemosynas faciamus: qui eo quod à quibus recipi volumus in tabernacula æterna tanquam debitorum Dei & Domini nostri fas est intelligi: cum iusti & sancti significentur hoc loco qui eos introducant in tabernacula æterna, qui necessitatibus suis æterna bona communicauerint: de quibus etiam dicit, quod si quis alius eorum calicem aquæ frigide dederit tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam: sed etiam & contrariè dicuntur ista similitudines, vt intelligamus

Villici omnes homines.

Omnia nobis mutuo data sunt.

Infidiosa bona.

QUESTIO I.

Quomodo filii huius seculi prudentiores
filii lucis?

§ 1. Filij huius seculi sunt filii tenebrarum, & demonis, homines carnales: filii lucis sunt filii Dei. Filii seculi non sunt filii lucis sapientiores, verum seculi non sapientia: ea enim carent. Quoddam Exemplar apud verum Brugensem habente hæc verba: *ἐν τῷ αἰῶνι τῷ σκότεινι* *πιοῦντες*. *Ἔ, qui filii huius seculi, οὐδὲν ἀγνοοῦν, propterea dico vobis, quæ cum in aliis non sint, omittenda censeo.*

Porto filios huius seculi Rabbini vocant *בני חורין* *בני חורין* bene ha holam hære, quibus opponunt *בני ארץ* *בני ארץ* filios lucis.

§ 2. Sapientiores sunt *ἐν γενεᾷ αἱ ἀνθρώπων*, in generatione sapientiorum, seu in genere suo. Hoc est maiore studio, labore, diligentia, cupiditates suas persequuntur, quam filii Dei pietatem & salutem. Quis enim tantum in virtutum se exercitio fatigat, quantum in avaritia ambitionisq; durissimis legibus penè improbi examinantur?

§ 3. Laudavit autem villicum *ὁ νέος*, nempe villici ingenium illius, non Christus. Syrus habet *בנין* *בנין* non Marian Dominus noster, quod sine dubio corrigendum est, fraus laudat est. cum Christus ipse loquatur, non de se, sed patrefamilias. Laudavit autem industriam, non iniuriam. Ingeniorum enim & prudentia in malis etiam facinoribus decus apparet. Quædam mala laudantur, velut signa bonorum, lola magnis incrementis surgentia solum commendant suum, & fertilitatis indicia sunt.

Cyprianus Epistola 73. ita interpretatur, ut A filiis seculi huius seculi vellet non discere, quomodo li pietatem Deus sit colendus. Quod si Christi discipuli discere à Christo nolunt, quantum venerationis & honoris paterno nominis debeatur: vel de exemplis terrenis ac secularibus discant, & ferant Christum non sine maxima exprobratione posuisse. Filii seculi huius, prudentiores sunt filii lucis in seculo isto. Si cuius patri aliquis coniucium se erit, si contumeliosus ac procer pudorem eius, & honorem maledico ore laceraverit: indignatur filius & irascitur, & last patris iniuriam quibus potest viribus vindicare conatur. Tu Christum putas impium & sacrilegum, & in patrem suum blasphemum impunitatem dare, & in baptismo peccata dimittere: quos confiteri baptizatos, eadem adhuc in personam patris maledicta congerere, & incessabili blasphemantis lingua scelere peccare?

Cyprianus inde concludit. Instructio fidei derogare libro de opere & Eleemosynis. Qui & alio in loco operarios & fructuosos fideles appellat: instructio vero & sterilibus fidem derogat dicens: si in iniusto Mammona fideles non fuissetis, quod est verum, quis crederet vobis? & si in alieno fideles non fuissetis, quod est vestrum quis dabit vobis? Si verum & meritum, ne operari plurimum caperis, patrimonio tuo larga operatione finito ad penuriam forte redigaris: esto in hac parte inreptus, esto securus: finiri non potest, unde in vultu Christi impenditur, unde opus celeste celebratur.

VERSUS 9.

Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

VERSUS 8.

Et laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudentiores filii lucis, in generatione sua sunt.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

QVÆSTIO I.

Cur dicitur Mammona iniquitatis?

Mammona iniquitatis.

§. **M**ammona iniquitatis vocantur diuitiæ per nefas partæ; vel quod iniqui eas diuitias esse arbitrantur, non iusti; vel quod iniquitas est abundare alios, alios egere. vel deniq; quod homines faciat iniquos. *Diuites omnis iniquus est, vel inique habet.* Opes autem sunt irritamenta malorum. Syrus vocat *ממוןא* dechaula, quod omnem transgressionem significat.

QVÆSTIO II.

Quid sit deficere?

Deficere.

§. **C**um duo certa sint; nempe hos à Deo arce-ri, & ab officio moueri. Deinde non tamen idèò damnari, sed spem habere communionis sanctorum, tertium etiam certissimè concluditur. Deficere vel dici de illis, qui in peccatum lapsi gratiā diuinā priuantur. His enim dicitur: *Peccata tua Eleemosynæ videns.* Syrus habet, *defecerit Mammona* scilicet; vero etiam sensu. vel rectius deficere eos, qui moriuntur, tum enim propriè in tabernacula recipiuntur.

QVÆSTIO III.

Quomodo recipiant in æterna tabernacula?

Recipere Beza si- dem te- stari.

§. **A**micos vocat Beza, [non qui mortui pro viuo intercedant, sed quibus officia præstita fidem defuncti apud Deum testificentur, illa perinde ac in seipsum collata comprobantem, & gratis coronantem, vt loquitur ipse Dominus Deuteronomio 24. 13. Matthæi 25. vers. 40.] Verum satis ille sibi responderet, Nec dicimus mortuos, sed viuentes, & beatos, & sæculo defunctos intercedere, & ille ait officia præstita pauperibus, fidem defuncti apud Deum testificari. Mira sanè interpretatio. Amici vos recipiant in æterna tabernacula, hoc est, officia amicis præstita testificentur fidem vestram, quæ est de prædestinationis certitudine. Principio quidem omnino à textu abijt: Christus dicit amicos recipite, ideoque iubet amicos facere, si nihil illi agunt, si nec intercedunt, nec testantur sibi beneficia collata, non illi recipiunt villo modo. Deinde Deus illa officia probat, & coronat gratis, si causam spectas; ex pacto, si promissionem.

Amici pa- ranti, vt recipiant.

Caluin. patronos querendos ne- gat.

Deus ele- mosynā in tabu- las suas refert.

Humilis.

§. 2. Caluinus hunc in modum philosophatur, [Sicuti ante hac non iussit Christus sacrificia Deo offerre ex rapinis: ita nunc non intelligit vel deprecatores querendos esse, vel patronos, qui suo præsidio nos tegant ac defendant: sed benignè erogando fauorem apud Deum acquiri docet, qui se misericordibus & humanis vicissim misericordem fore promissit. Stultè verò & absurdè quis mortuorum precibus vel suffragiis iuuari nos hinc colligat, nam hoc modo periret quidquid indignis impenditur. Atqui non obstat hominum prauitas quin Dominus in tabulas suas expensum referat quidquid in pauperibus contulimus. Respicit ergo Dominus non ad peremofynā, sonas, sed ad opus ipsum, vt beneficentia nostra, etiam si in homines ingratos inciderit, nobis coram Deo respondeat. Sed ita videtur innuere vitam æternam meritis nostris rependi. Respondeo, satis clarè ex contextu patere, humano more eum loqui: nempe quemadmodum is qui gratiā pollet ac opib; si amicos sibi conciliet in sua prospera fortuna, perculsus aduersu casu habet à quib; sustentetur: ita nostrā humanitatem nobis opportuni refugii instar fore,

quia Dominus quicquid liberalitè in proximos quisq; contulerit, non secus ac sibi præstitum agnoscit.]

Primo amplectimur, quod ais fauorè apud Deum acquiri, qui misericordib; vicissim misericordem promittit: si promissit, tenetur ergo promissis: ex pacto ergo miseretur, id verò nos mercedem dicimus. Deinde opus respicit, non personas, quod etiam ad meritum pertinet, quia respicit opus ex pacto. Personarum quidem ratio habetur: verum non pro temporaria dignitate, sed gratiā. Quod verò ait non quærere deprecatores, contra parabolam est. Nam ipsi amici, quibus beneficia collata sunt, recipiunt, non vt Domini sed vt ad- ministrum. Quod si improbis elemosyna data sit, eorum vice, Deus recipiet. Melius Aretius: [Alterum est spes boni, recipient vos in æterna tabernacula, hoc est, iuuabunt vos precibus suis apud Deum, vt vobis propitius sit Deus, & clemens iudex. Æterna tabernacula, pro vita æterna accipio, ad quam pauperes debent recipere diuites liberales. Non quod opus illud sit meritum, aut quod penes pauperes sit admittere in celos, aut excludere quos volunt: sed in- seruit oratio superiori parabolæ, qua dictum recipi- ent me in domos suas. Et vt vita æterna merces dicitur Luc. 6. ita hic ornantur pauperum preces, quæ hæc conferant vitam æternam, quod solius Dei est. Ita clemens Deus est, vt sua dona in pauperibus cor- net, quo nos liberaliores efficiat & propitiores er- gentes.]

De meritis & pauperum precibus non ago hoc loco. Hoc notandum, quod ait: *ornati pauperum preces, quasi vitam æternam conferant, quod est solius Dei.* At non ornantur preces illic à Christo falso, nisi etiam con- ferrent, non eo modo, quo Deus, sed alio, nempe in- tercedendo.

Nam vitam æternam conferri per preces alicui, non est eo modo conferre, quo Deus solus confert. Preces enim Deum esse & conferre vitam docent. Quisquis enim Deum precatur: infra Deum se collo- cat. Vt periculum non sit, ne honori Dei detrahatur, quod precibus tribuitur.

Itaq; etiam ipsi recipiunt, quia misericordia illis tanquam Dei famulis præstita, remunerationem ha- bet. Quamuis Christus hic de pauperibus loquitur, vt beatis, nec merita eorum nos examinare, sed miseriæ succurrere docet. Sic Ambrosius. *Et idem ait, facite vobis amicos de iniquo Mammona, vt largi- do pauperibus, Angelorum nobis, cæterorumque Sanctorum gratiam comparemus. Nec reprehenditur villicus, in quo discimus non ipsi esse Domini, sed potius aliorum villi & facultatum. Et ideo licet peccauerit, tamen quia sibi in posterum ex indulgentiā Domini quesivit auxilium, præ- ditur. Vbi & Sanctorum gratiam comparari velle dicit, quia & villicus id agit, & vocat villicum facultatum Domini sui.*

§. 3. Tossanus ait: *Testis intelligere merita & suffragia Sanctorum per amicos.* Ipse intelligit Deum, & amicos, non quorum suffragiis iuuantur, sed in quorum consortium admittantur. Sed ipsis amicis tribuitur actio admittendi, ipsi admittunt inquam, & villicum ipsi recipiunt in domos suas, quod votis suffragiisq; fit, non solo consortio. Imo cum exprisset aliquid ege- rit villicus, vt reciperetur in tabernacula debitorum, sic ut eosque eo per mouere conatus sit; cum etiam Christi iussu iussit facere amicos de mammona iniquitatis, genti- vt nos recipiant, dubitare non debemus, aliquid eos in nostra receptione agere, atq; adeò id agere, propter quod amicos facere illos iubemur.

QVA

QVÆSTIO IV.

An hinc bona opera probentur?

§.1. **C**larior nihil pro operum necessitate dici potest, quam hoc loco habet Irenæus l. 4. c. 49.

Com bene enim facientibus habitat Deus, quemadmodum Dominus ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut hi, quando fugati fueritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Quacunque enim, cum essemus Ethnici, de iniustitia acquiescimus, hoc cum crediderimus, in dominicas utilitates convertentes, iustificamur. Necessariè igitur hac in typopramenduntur, & tabernaculum Dei ex his fabricatur, illis quidem iuste accipientibus, quemadmodum ostendimus, nobis autem præsens in ipsis qui inceperimus per aliena Deo servire.

Sic enim non modo credendum est, sed etiam diuitiæ expendendæ sunt, ut receptus sit nobis in altera vita, in errorem ducit, quisquis operum necessitatem negat.

§.2. Insignis locus, quo probatur posse fideles spe mercedis promissæ, ideoque debitæ, operari, Quod libro 5. de iustification. cap. 8. verissimè docet Beilarminus, Pareus vero licet ad alia loca respondere conetur, hunc tamen intactum præterit, adeo clarus est, ut quicquid opponitur, falsitatis arguat. Nam villicus idcirco debita remittit, ut apud eos receptum habeat. Neque enim aliud cogitari potest, car id fecerit, & si aliud illi fingant, Dominus tamen eius hanc esse causam dixit: ut igitur simili respondeat *ἀντὶ τοῦτο*, etiam fideles Christi, facultates suas spe mercedis expendunt. Christus enim expresse monet, ut faciant amicos de Mammonâ, ut cum defuerint, accipiantur in aeterna tabernacula. Hic planè illud locum habet: facio ut facias: do ut des, ita tamen rememinerimus mercedem non operibus, & eorum præstantiæ, sed Dei pacto respondere.

Nec alia ratione Augustinus libro 2. q. q. Evangel. quæst. 38. Quod autem dicit ad ea loca, in quibus torquentur impij, iustos etiam velint, non posse transire: quid aliud significat, nisi post hanc vitam ita receptis in carere, ut inde non exeant donec reddant novissimum quamdam per incommutabilitatem diuine sententiae, nullum auxilium misericordiae posse præberi a iustis, etiam si velint illud præbere? Quod admonet scilicet, ut in hac vitâ homines subueiant, quibus possint, ne postea etiam optime recepti fuerint, eis quas diligunt opitulari non valeant. Illud enim quod scriptum est, ut & ipsi recipiant vos in aeterna tabernacula: non de superbiis & immisericordiis scriptum est, qualis iste diues fuisse demonstratur, quod recipi à sanctis in illa tabernacula mereantur: sed de his qui sibi amicos efficacissimis operibus misericordiae fecerint: quamquam nec ipsos iusti velut propriâ potestate quasi gratificando recipiant, sed promissione atque permisso illius, qui eos consilio premonuit, ut sibi amicos facerent, & qui se ipsum passus, vestiri, hospitio recipi, visitari in vnoquoque minimo suorum, liberatoris bonitate dignatus est. Nec poterit ullus, qui vel obiter scripturam inspexerit, dubitare, id rectè factum esse, ad quod nos per singulas penè periodos Deus hortatur, quæ benè agere iubet, ut vitiamus. caute à malo ne percamus.

Calvinus quidem fugere meriti mentionem conatur, sed reuera mercedis agere intuitu nos docet. pag. 183. [Sed alius finis nobis propositus esse debet, quam ut solum redemptionis pretio effugiamus Dei iudicium: nempe ut liberalitas bene sanctorum locata, superfluas impensas frangat tantundem ac corrigat: deinde ut nostra erga fratres humanitas Dei misericordiam in nos prouocet. Quare hic

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

minimè effugium ostendit Dominus suis discipulis, quo se à reatu liberent, dum ab illis rationem exiget cœlestis iudex: sed maturè cauendum esse admonet ne crudelitatis suæ pœnam luan, si deprehensi fuerint, Dei bona ingurgitando, nullum beneficentiae operam dedisse.]

humanitas
Dei mi-
sericor-
diam
promou-
cat.

QVÆSTIO V.

An fidelis in minimo, fidelis etiam sit in maiori?

§.1. **P**lanè contrario modo & sentire & loqui solemus. Eum, qui in magno fidelis est, in paruo etiam fidelem esse. Qui enim magnos auri thesauros oculis irretorto tranierit, lupinos non furabitur. multi autem in paruis fidem præstant, ut in magnis fallant. Tyrannidis causâ ius violandum censent, quod ibi sceleri sit merces. in paruis fidem colendam. Hinc parua beneficia diuitibus collata, captationes sunt maiorum.

In magna
fidelis est
etiam in
paruo.

§.2. Prouerbialis tamen est sententia, quæ ut plurimum vera est, aut vera putatur. Vltimum est enim seruulorum, aut puerorum fidelitatem in rebus minimis explorare, hinc quædam illis negotia principio committuntur, in quibus si fallant, prodere se, & manifestare, nocere Dominis non possunt. Per hæc autem si probati fuerint, quasi fideles ad magna adhibentur. Ita Cyrus cum agricolam industriâ effecisse videret, ut maxima poma ex arbore, quæ mediocritia proferre solebat, nascerentur, urbem illi donauit; asserens ex parua magnum posse eundem facere.

Prouerbiū
ex more
sumptum.

§.3. Christus ergo prouerbio ad commendandam Apostolis muneris sui magnitudinem, diligentiamque in eo administrando vritur: nam in hoc genere semper penè verum est. Qui enim in minimis hoc est caducus, fluxusque bonis erogandis fidelis est, is in spiritalibus etiam fidelis est. Ratio est, quod hominum vitio minimorum bonorum magna est cupiditas, ut eos qui spirituales videntur crebro auaritia deuinctos tenet. Qui minima illa, quibus viscosa renacitate plerumque animus affigitur, excusserit, is spiritalia facili, quorum erogatione copia non minuitur, dispensabit. Itaque sensus erit. qui in minimo, & ἐν ἡλατῆρι, hoc est in rebus ad hanc vitam degendam pertinentibus, fidelis est, quæ sunt exiguæ, is quoque in magnis & æternis est fidelis. Quemadmodum verò homines magni existimant, quæ diuturna sunt, nempe pluris quatuor aureos certissimi census annui, quam ducentos, quos per media pericula ferunt: ita multo magis Deus omnia huius mundi bona parui æstimat, ut quæ iam omitterenda sunt, æterna verò maximi facit, ut quæ non definant.

Bonorum
temporalium
periculosa
admini-
stratio.

§.4. Constituendum est itaque ad felicitatem non esse momentum in secundâ vel aduersâ fortuna, ut monet Athanasius, libro quæst. 68. Sed & mali rectè valent, & secundæ, & sobolem educant frugi. Fortasse parua quædam bona fecerant, & hinc mercedem eorum abstulerunt: quomodo diues ille, qui audiebat: Recordare quod bonatus acceperis in vita tua. Quod est, accepisti abunde mercedem bonorum operum, quæ fecisti. M. ille vero se habent religiosi & sancti hic, ut per afflictionem expurgati veluti Lazari, à suis peccatis ibi deinceps perfectè cum ipso consolatione fruantur. Etenim quem diligit Dominus castigat. De cætero quid perturbationis videns sanctos esse in miseriis constitutos, & impios in felicitate, & seu porcos ad maculationem & ad æternum ignem saginatos & preparatos? Caterum igitur noli perturbari. Non enim in hisce nostra consistunt: sed oportet omnino eos, qui saluantur, per mul-

Secunda
vel aduersa
non sunt si-
gna felici-
tatis.

multas tribulationes ingredi regnum colorum. Hic enim Deo scopus est propositus, ut omnes homines saluentur, & ad cognitionem veritatis perveniant. Ea propter sepe peccatoribus longanimitas gratificatur, anxia illis ad penitentiam porrecta, ut quantumvis ad undecimam horam in extrema senectute converterentur. Cur autem in istos brevis vita abripit? Ut re, quemadmodum Salomon inquit, malitia avertat intellectum ipsorum, aut dolus decipiat animam ipsorum, perfecti parvo tempore compleverunt dies suos. Accepta enim erat Domino anima ipsorum. Si enim felices faceret divitia, omnino vera essent.

VERSUS 2.

Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis quod verum est, quis credet vobis?

QVÆSTIO I.

Quomodo verum non creditur, in Mammona iniquo infidelibus?

Infidelis in §. **Mammona iniquo.** Infidelis in Mammona iniquo dicitur, qui illum aut per nefas conquirat, aut avarè detinet, aut contra iustitiam dispensat, huic, inquit, nemo credit, aut committet quod verum est, seu veros thesauros, administrationem videlicet bonorum spiritualium. Veritas igitur opponitur Mammonæ iniquo, qui verus non est, sed fallax & specie opum impostor. Raptor verò aut avarus, aut prodigus Ecclesiæ præfici non debet, hic autem Apostolis Christus loquitur. Porro tam libri, qui pro futuro credet habent credat, quam illi, qui pro verum, habent vestrum, corrigendi sunt.

VERSUS 12.

Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?

QVÆSTIO I.

An propria non credantur illis, qui in alieno sunt infideles?

§.1. Admirabilis illa sententia videtur. Multi aliena negotia oscitanter, perfidè, & flagitiosè curant, sua diligentissimè, sibi quisque proximus est, sibi fidelis.

Aliena nostra sunt tempora-ria. Augustinus monet qq. Euangel. libro 2. quæst. 35. aliena non vocari quæ aliorum sunt, sed temporalia, quæ quamvis à nobis possideantur, non tamen nostra sunt, cum mox aut ipsa nos deferant, aut à nobis deferantur. Nostra vocari spiritualia, quæ in æternum permanent. Itaque sensum esse: non rectè administratos spiritualia, qui in humanis bonis fuerint infideles. Humana autem idcirco vocantur *ἀλλότρια*, aliena, vel ut Syrus *בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית* badla delectum, in eo quod non vestrum, quia certo tempore & conditione data sunt, velut deposita, non dominia aut proprietates, æternorum possessio nunquam auferitur, ideo vocat *קְדֵשׁ* vestra, propria, hereditatem. Cuicunque enim dantur, is illa sua vocare potest, certus nunquam aliena fore.

Quod semper deferendum est non est tuum. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem legit: *τὸ ἐμὸν, quod meum est.*

Augustinus & legit & exponit libro 2. qq. Euang. quæst. 35. eo modo, quo iam dictum est. Quod dicit: *si in alieno fideles non fuistis: aliena appellat terrenas facultates: quia eas nemo moriens secum auferit, hoc est quod dicit David, Ne timearis cum dives factus fueris homo, & cum*

multipliat fuerit gloria domus eius: quoniam non cum morietur, accipit omnia, neque simul descendet cum eo gloria eius.

Quod meum est, legitur quidem apud Tertullianum, sed ex Marcionis sensu: Et illud in aqua lucet, quomodo dictum: si in Mammona iniustus fideles non extitit, quod verum est, quis vobis credet? In numero scilicet iniustus, non in creatore: quem & Marcionis si. m. facit. Et si alieno fideles inveniunt non estis, quod meum est, quis dabit vobis? Alium enim debet esse à servis Dei, quod iniustum est. Creator autem quomodo alienus erat Pharisæis, proprius Deum Iudaicæ gentis? Si erga hæc non cadunt in creatorem, sed in Mammonam, quis vobis credet quod verum est, & qui vobis dabit, quod meum est, non potest quasi alius dixisse de alterius Dei gratia. Tunc enim videretur ita dixisse, si eos in creatorem, non in Mammonam infidelibus nutando, per creatoris mentionem distinctiones se isti Dei alterius non commissuri suam veritatem infidelibus creatori. Quomodo tunc alterius v. d. i. potest, si non ad hoc proponatur, ut à re de qua agitur separaretur? Videtur autem ita Marcion legisse, ut duos Deos statueret, ut faceret bonum Deum aduersum, seuerum Deum sic dilpantem.

VERSUS 14.

Audiebant autem omnia Pharisei, qui erant avari, & deridebant illum.

QVÆSTIO I.

Cur cum Pharisei derideant?

§.1. Discipulos Dominus instituebat, sed præsentibus Phariseis, & diligenter attendentibus, rident tamen, quia avari erant. Fons & origo demonstratur, unde eorum in Christum alienationis principium, malevolentia, criminationes, profluxerint. Avari erant plenirapinis, & dolis, ideo Christi verba derident. Quia vero cum avaritia coniuncta erat ambitio, quæ virtutum, maxime liberalitatis, famam aucupabantur, ideo ringuntur, cum dedecora sua propalari animaduertunt. Ridebat Philosophum Antigonum, qui secum de iustitia disceptaret, quem videret sine vlla causâ aliena oppida oppugnare, Phariseorum malitiam ipso verbo exprimit *ἐμυκτηροὶ, sannis vexabant & suspensio naso.* Syrus *בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית* memak n hanu be h, iridentes erant in eum. Et causam adiungit: quia argentum amabant. Avarus nihil serio agit, nisi quod lucro est. Omnes cogitationes huic vni studio postponit: adeo nihil non modo diuini, sed ne humani quidem æstimant, quos dira fames auri occupavit. Verè Seneca Epistolarius. Hæc plures tot magistratus, tot iudices detinet, quæ magistratus & iudices facit, &c. Eo tendunt verus Eurypidis, quibus auditis totus populus confurrexit ad eundem & auctorem & carmen.

*Ὁ ζωστὴρ δεξιῶμα καλίστον βοτοῖς,
Ὁ δὲ μήτης ἡδονὰς τοιαύτας ἔχει,
Οὐ πᾶνδες ἀνθρώποισιν, & φίλῳ πατρί.
Εἰδ' ἡ κύπρις τοῖσιν ἐφ' ὧν ἄλμοις ὄρεα,
Οὐδαμῶν ἐρωτᾶς μνηστὴς αὐτὴν τρεφει.*

Quæ Seneca sic vertit:

Pecunia ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris, aut blanda potest
Par esse proles, non sacer meritis parens.
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores cæcæque hominum mouet.

Dein.

Deinde explicat: Cum hi nouissimi versus in tragodia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad ejectionem & a-
lium & carmen consurrexit vno impetu: donec Euripides
in medium ipse profluit, petens, vt expectarent: viderentque
quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula
prout Bellerophontes, quas in sua quisque dat. Nulla enim
auaritia sine pena est, quamuis satis sit ipsa paenarum. O
quantum lacrymarum, & quantum laborum exigit! quam
misera desideratis, quam misera parvis est! Adhuc quodotidia-
nas sollicitudines, qua pro modo habendi quemque discrucia-
nt. Maiore tormento pecunia possidetur, quam quaeritur.
Quantum damni ingemiscunt, qua & magna incidunt, &
maiora videntur! denique, vt nihil illi fortuna detrahat, quid-
quid non acquiritur, damnum est.

Hoc ergo ex fonte irrisus Phariseorum, dum pro
vitijs suis Christo litem intendunt, & veritatem sa-
cerdij se opprimere posse arbitrantur.

VERSUS 15.

Et ait illis: Vos estis, qui iustificatis
vos coram hominibus: Deus au-
tem nouit corda vestra: quia quod
hominibus altum est abominatio
est ante Deum.

QVÆSTIO I.

Cur altum hominibus est abominatio
apud Deum?

§.1. Causa redditur, cur iusti illi non sint coram
Deo, qui hominibus iusti videntur, homi-
nes specie iustitiæ deluduntur, & affinia virtutibus
vitijs pro veris virtutibus habent: Deus è contrario
& vitia odit, si sola sint, & si insuper hypocritici fucata
sint, magis abominatur, quia corda nouit. Nihil e-
nim acerbius est simulatione iustitiæ, cum inique vi-
tetur. Calvinus id quod excelsum dicit Christus, inter-
pretatur, cultus fictitios. Quicquid excelsum homines du-
cunt abominationem esse Deo: non quod virtutes repudies
Deus, quarum laudem humani cordibus imprefit: Sed quia
abominatur Deus quicquid proprio sensu homines extollunt.
Vnde apparet quo loco habendi sint omnes fictitij cultus, quos
sua vitio mundus sibi fabricat. Quamuis enim suis in-
uentoribus placeant, Christus non modo vanos coram Deo, &
nihil esse pronuntiat, sed etiam feros.

Qua quidem in re & fallitur & fallit multos.
Nam excelsum hominibus erat, vita Phariseorum, do-
ctrinaque: legem eos accuratè obseruare existima-
bant, ipsi Sanctimoniam se singulari venditabant; hæc
omnia, quia internâ animorum hypocritici, auaritiâ,
ambitione vitiosa erant, Deus abominatur, non au-
tem abominatur, si aliquid pro Dei honore agerent
non iusti. Hoc enim Christus probare instituit; Pha-
riseos improbos esse, quamuis iusti appareant homi-
nibus, quia DEVS eorum corda norit plena rapi-
nis, & omni iniquitate. Nec de plausu hominum
eos sibi plaudere oportere, cum id quod tam splen-
didum est in hominum oculis, DEO sit abomi-
natio.

Quod si quis in conclavi orat, non iussus, si ieiunat
occulte, carnibus abstinet, genua flectit, carnem
castigat; idque sincere ad diuinam gloriam, non ab-

ominatur nec animum, nec opus, ille qui corda sin-
cera suscipit.

QVÆSTIO II.

Quomodo se iustificant coram ho-
minibus?

§.1. Iustitiæ laudem apud homines quærebant, Pharisei
itaque omnia eorum acta in eum scopum ten-
debant, vt iusti viderentur: at DEVS corda norat
plena iniquitatis, simulata igitur non vera erat iu-
sticia. Syrus. Vos illi iustificantes animas suas coram ho-
minibus.

§.2. Vera igitur iusticia non est, quâ iusticia no-
bis aliena imputatur, sed quia corda nostra pur-
gantur, vt iustissimi. Quod verò Beza fingit Pha-
riseos non modo homines voluisse habere testes,
sed quod somniarent externis obseruationibus se De-
um ipsum promereri, ad hunc locum nequaquam
pertinere potest.

Iustificare enim animas suas coram homini-
bus, τὸν τὸν ἀνθρώπων, non est eorum, qui Deum
promereri velint, sed qui laudem iustitiæ & sanctita-
tis aucupantur, non coram filiis Dei, aut Angelis,
sed vt Syrus habet: coram filiis hominum. Quomo-
do verò se iustificarint coram hominibus exponit
Tertullianus libr. 4. contra Marcion. cap. 33. Si au-
tem & iustificantes se coram hominibus Pharisei spem merce-
dis in homine ponebant, illo eos sensu increpabat, quo & Pro-
pheta Hieremias, Miser homo qui spem habet in homine. Si
& adiicit: Scit autem Deus corda vestra, illius Dei vim com-
memorabat, qui lucernam se pronuntiabas, scrutantem re-
nes & corda.

Nec verò eos Christus reprehendit, quod Deo o-
peribus placere studuerint, sed quod omnia opera fa-
cerent coram hominibus, vt viderentur ab illis, o-
mnia famæ, nihil veritati dabant.

Potè iustificare se non est hoc loco iudicare se
iustos, neque solum sese defendere, & iustos prædi-
care. Verum omnibus modis id agere, vt spectatâ
modestâ, Zelo, Eleemosynis, ieiunijs, orationibus
iusti videantur.

Fucum ergo hominum oculis obiciebant, sed
quo Deum fallere non poterant. Ita quoque Cal-
uinus; vt mirum sit Bezam aliud ausum: Dicit au-
tem; [Satis illis esse si probi appareant hominibus,
ac fucosa sanctimonia se venditarent: Sed Deum qui
cordium cognitor est, non latere quæ coram mundo
& hominum iudiciâ discrimen: quia quum externis
lariis plaudant homines, apud Dei tribunal nihil
præter syncerum cor probatur.]

VERSUS 19.

Homo quidam erat diues qui indue-
batur, purpura & bysso, & epula-
batur quotidie splendide.

QVÆSTIO I.

An historica an parabolica sit narratio de di-
uite, & Lazaro?

§.1. Historiam veram censent esse plerique Orig.
N 4 cap.

An historia, cap. 1. in Lib. Tertull. lib. 2. de animâ. Chrysostom. an parabo- hom. 6. in 2. Corinth. Euthym. Toftatus. Ribera in la an. eps. 1. Oſcæ. num. 44. Maldonat. ita maior pars etiam ex

Hæreticis, vt Caluinus, alij. Parabolam eſſe docet Iuſtin q. 60. Theophyl. Antioch. libr. 4. allegoria- rum Eucherius qq. in Lucam, & Chryſ. in quatuor homilijs de Lazaro. Imò quidam codex apud Brüngenſem hæc verba proponit. *Et re dē xpi ē rē egi mō qd Co- lū, dixit autē & aliam parabolam,* quæ tamen verba addita ſunt ab aliquo, qui connectere voluit omnia. Eodem tamen & Beza in ſuis duobus fuiſſe refert, putatq; eam præſationem neceſſariam, quod falſum eſt; nam optimè præcedentibus iungitur, vt oſtende- ret, quomodo Phariſæi errarent, dum opibus fidunt. Alij hiftoriam & parabolam mixtam eſſe putant, vt Iuſtinus indicat, & probat Maldonatus.

§. 2. Argumenta quibus hiftoriam eſſe probant, infirma ſunt. Primum eſt, quod in parabolis perſo- næ non ſoleant nominari. Alterum quod Chriſtus nullam parabolam ex rebus quæ poſt hanc vitam contingunt, vnquam ſumpſerit: cum parabolæ ex re- bus noſtris ſumi ſoleant. Res autem quæ poſt mortem eueniunt, à noſtrâ cognitione abſint longiſſimè. Non ſunt, inquam, illa alicuius firmitudinis: potuit enim, vt fieri ſolet in Apologiſ, Chriſtus nominare perſo- nas, & ferè in fabulis nominantur.

Par autem in contrarium eſt argumentum. Tan- tum, enim ad parabolam probandam voler, diuitis nomen omiſſum, quam mendici expreſſum: quod ſi vnum nominando, fidem hiftoriæ conciliare voluiſ- ſet, ad hoc diuitis celeberrimi nomen, cuius domus & fratres ſupererant, conuenientiſſimum erat non autem Lazari, quem nemo noſſet.

Quod verò ad res futuri ſæculi attinet, de illis pa- rabolicè Chriſtus loqui ſolet, vt quando ait futurum vt cum Abraham recumbant in regno Dei, vt edant & bibant ſuper menſam ſuam. Nec nota erat vel bene, vel malè morientium conditio paſſim apud Iudæos, i- deò Chriſtus toties inculcat hominis beatitudinem, non ex huius vitæ bonis, ſed futuri ſæculi ſtatu æſti- mandam.

§. 3. Certiſſimum eſt, non eſſe omnem hanc nar- rationem, hiftoricam. Aqua enim, digitus, lingua, & quæ dicuntur poſt mortem vtriuſque, non ſunt hi- ſtorica, cum animæ corpore non conſent. Auguſtin. lib. 2. cap. 4. offendit contra Vincenſium Victorem non hinc concludi animam eſſe corpus, ex ipſius Vin- centij verbis. *Quis aduerſus Euangelium tanta obſtinatio- ne mentis obſcuruit, vt in alio paupere, qui poſt mortem abla- tus eſt in ſinu Abræ, & in illo diuite, cuius infernus cru- ciatus exponitur, iſta non audiat, vel audita non credat: Sed nunquid te docuit, quomodo anima ſine corpore de digito pau- peris aqua ſtillam deſiderare potuerit, cum ipſe confeſſus ſit, a- limentum corporea non niſi propter fulciendas ruinas corrupti- bilis corporis ſui animam querere: Verba eius iſta ſunt: Nun- quid quia anima, inquit, aut cibum quærit aut potum; ad ipſam tranſire credimus paſtum? Et paulo poſt: Vn- de intelligitur, inquit, & probatur, non ad animam pertinere ciborum ſuſtentacula, ſed ad corpus, cui et- iam præter cibum procuratur ſimili ratione veſtitus, vt illi neceſſarius videatur paſturæ ſuggeſtus, cui com- petit & ipſos habere veſtitus. Hanc ille ſententiam ſu- am ſatis euidenter expoſitam, nonnulla etiam ſimilitudine il- luſtrauit, adiecit, atq; ait: Quid autem putamus inquil- linum quemquam ſuæ habitationi proſpicere? Nonne ſi eam ſenſerit aut recto tremere, aut nutare parie- te, aut labare fundamine, deſtinas quærit, ſtrues con- gerit, quibus imminente poſſit ruinam ſedulo dili- genterque fulcire, ne ſub periculo manſionis discrimen videatur impendere manſori? Ita ergo & ani- mam recognosce, inquit, carni ſuæ deſiderate cibum,*

ex qua ipſum concipit ſine dubio deſiderium. Vide eundem Auguſtin. Hæc 1. 86. & Epit. 157. & lib. 2. cap. 15. Sic obijcebat Victor. Reſponder Auguſtin. Hæc dicens, ſi agnitionem hominis non putas provenire ſine corporis forma; vt noueris teſpſum credo quod aſidue ſpe u- lum attendis, ne ſi ſuſu oblitus faciem tuam, non te poſſis ag- noſcere. Rogo te quem in ſiſ hominum noui homo quam ſeipſum, & cuius faciem poteſt videre minus quam ſuam? Quis autem poteſt agnoscere Deum, quem tu quoque incor- porum eſſe non dubitas, ſi præter corporis formam, ſicut pu- tas, non poteſt cognitio provenire, id eſt, ſi corpora poſſunt ſola cognoſci? Quis autem Chriſtianus de tam magnis difficulti- miſque rebus diſputant, animam in vtrâ diuina tam ne- gligenter intendat, vt dicat, ſi incorporea eſt anima, neceſſe eſt careat forma? Oblitus eſt te formam legiſſe doctrine? Ergo corporea eſt forma doctrine. Oblitus ſcri- ptum eſſe de Chriſto Jeſu ante quam hominem fuiſſet induit, quod in forma Dei erat? Quomodo ergo dicit? Si incor- poreâ eſt anima, neceſſe eſt careat formâ, cum audias formam Dei quem non eſſe corporeum conſiteris, & ita la- queris tanquam forma niſi in corporibus eſſe non poſſit? Di- cis etiam ceſſare illic nomina, vbi non diſtinguitur forma, & niſi illic agere appellationem nominum, vbi nulla eſt designatio perſonarum. Hinc volens pro- bare Ab alia animam fuiſſe corpoream, quia dicit poſſit pater Abraham. Iam diximus etiam vbi corpus nullum eſt, eſſe formam. Si autem appellationem nominum niſi in corpore agere, vbi non ſunt corpora, numera iſta nomina que ſe- E- uelut autem Spiritus eſt charitas, gaudium, pax, longi- nimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, conuer- ſa: & dic mihi vtrum reſipias non agnoſcas, quantum iſta ſunt nomina, vel ſi agnoſcas velut aliqua linimenta cor- porum videas. Ecce vt alia taceam, dic mihi quam figuram, qua membra, quem colorem charitas habeat, quærit ſiſſe inani non eſt, inane aliquid tibi videri non poſſet. Cuius auxilium imploratum eſt, inquit, corporeus vique vi- ſus eſt atque formatus. Audiant te homines, & Dei no- mo imploret auxilium, quia nemo eum poteſt videre corpore- um. Vide & cap. 16. ibidem.

§. 4. Certiſſimum etiam eſt diuitem quendam damnatum, pauperem quem iam ſaluatum. Id eſt Diogenem qui ſe nouerat, parabolam contexit. Vt ſi quis Dio- genem ab Alexandro contemptum in dolio narra- ret, deinde eius mortui, cum Alexandro item mor- tuo colloquium adderet, quod demonſtraret Cy- nico regem nihilo eſſe feliciorum, Auguſtin. lib. 2. qq. Euangel. quaſt. 38. allegoricè exponit. Homo quid merat diues, & inducitur purpura & hyſſo, & epu- labatur ſplendide quotidie, & cætera. Per allegoriam ſi ac- cipi poſſunt, vt in diuite intelligantur ſuperbi Iudæorum, qui- rantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſeruare. Purpura expi- ra & hyſſo, dignitas regni eſt. Et auferetur, inquit, a vo- bis regnum Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam. Equi- ratio ſplendida, iactantia legis eſt, in qua gloriabantur plus ad pompam elationis abutentes ea, quam ad neceſſitatem ſalu- tis vtentes. Mendicus autem nomine Lazarus, quod inter- pretatur adiutus, ſignificat indigentem, veluti gentilem ali- quem aut publicanum, qui tanto magis ad uſum, quantum minus de ſuarum copia ſacultatibus præſumit. Et deinde ſingula explicat. Mena cadentes de menſa diuitis, ſunt quadam verba legis, quæ illi iactantes quaſi projiciant in terram, cum ſuperbè populo loquerentur. Vleera autem ſunt conſiſſiones peccatorum, velut mali humores à viſceribus in- timis foras erumpentes. Canes qui ea lingebant, nequiſ- ſimi homines ſunt amantes peccata, qui lata lingua etiam lau- dare non ceſſant opera mala, quæ ſe alius gemens & conſi- tens deſteſtat. Sinus Abræ requies eſt beatorum pauperum, quorum eſt regnum celorum, in quo poſt hanc vitam recipiuntur. Sepultura inferni, perarum profunditas, qua ſuper os & immiſericordes poſt hanc vitam vorat. Quarta

Nulla firma
argumento
probat hif-
toriam eſſe.

Nomen et-
iam in A-
poſtoli ex
primi ſolet.

Parabola
etiam ex
rebus futuri
ſæculi.

Quadam
parabolica
ſunt.

Anima non
eſt corpo-
rea.

Non Dominus in ista narratione dicit videre a longinquo, atque sentire beatorum requiem, quod sane transire non possunt. Quid autem linguam sibi vult refrigerari, cum in flammam, in quod totum arderet, significat quod scriptum est: Mors & vita in manibus lingue: & quia ore confesso sit ad salutem, quod per superbiam ille non fecit. Extremum autem digiti vel manus operationem misericordiae significat, quae per Spiritum sanctum subuenitur. Cuius autem ei dicitur: Accipis bonam in via tua, illud tangitur, quia salutem dilexit facili, nec aliam vitam praeter istam in qua superbus tumebat, amavit. Lazarum autem mala dicit recepisse, quia intellexit huius vitae mortalitatem, labores, dolores, & eruminae, penam esse peccati: de quo scriptum est: Finimus & non nativiter filij irae, sunt & ceteri.

Euthymius nomen diuitis ponit ex Hebraea traditum; Epiphanius aliquando parabolam aliquando historiam appellat. Sed de nomine Niculi vana est Hebraeorum fabula.

§. 5. Historia igitur Christus est usus, ut avaris ostenderet, opes occasionem tormentorum esse, non felicitatis. Accepit verò certi alicuius diuitis gesta inter tota myriadas damnatorum; eius scilicet, cuius antequam Lazarus iacuit, & in cassum mendicavit, donec fame emoreretur.

QUESTIO II.

Quis diues?

§. 1. Splendidum fuisse, & veluti principalem quendam ostendit purpura, quae Regum & regum Principum aut aliorum erat. Correcta habent qui induebatur; Graeca & Syra: Et induebatur. De nomine ante dixi esse fabulam Hebraeorum.

§. 2. Porro tria de diuite recenset Evangelista: Purpura, bysso indutum, quotidie splendide epulatum. Quod vero his omnibus gravius est, non expellit dilectum, nempe crudelem inhumanitatem diuitis, quod scilicet ingrediens & egrediens Lazari malis nihil moueretur. Notum enim illi Lazarum fuisse constat. Anima enim defunctorum, quae in hac vita gesta sunt, meminerunt, poenas vero in illa vita lunt, nec unquam in corpora reuertuntur. Plurimum, inquit Iren. lib. 2. cap. 62. aduersus haereticos. Dominus docuit, non solum perseverare non de corpore corpus transgredientes animas, sed & characterem corporum, in quo etiam adaptantur, custodire eundem: & meminisse eas operum quae egerunt hic & a quibus cessaverunt, in (ea) narratione qua scribitur de diuite & de Lazaro eo, qui refrigerabatur in sinu Abrahae: in qua ait, Diutem cognosce Lazarum post mortem, & Abraham autem similiter, & manere in suo ordine unumquemque ipsorum, & postulare mitti et ad opem ferendam Lazarum, cui ne quidem de mensa sua micam communicabas: & de Abrahæ responso, qui non tantum ea quae secundum se, sed & quae secundum diutem essent, sciebat & precipiebat Moysi assentire & Prophetis eos, qui non vellent peruenire in illum locum poenae, & recipientes precationem eius, qui resurgeret a mortuis.

§. 3. Purpuratum describit Lucas, non quod Herodes fuerit, ut nonnulli arbitrantur; ille enim quinque fratres superstites non reliquit, sed omnibus ipse superstit. At nec alium regem fuisse credendum est. Purpura erat plurimum, non modo Regum. Militem illam indutus erat; Virg. lib. 6. Aeneid.

Purpura, super vestes velamina nota.

Et Lilius lib. 34. Purpura vii, ait viros, & cum hoc inquietum cremari mortuos. Et Cicero lib. 2. de Legib. quo loco vide Turneb. alios. Purpura verò inter colores principatum obtinuit, quod pulcher & fulgens,

Tyring, ardebat murice lava.

De cane & flore vide apud veteres fabulam. Verè fabula est. Nam autem Herculem purpura fuit. Quod si quisquam quaerat, cur tantus honor sit purpuræ: quid aliud respondeamus, quam cæcorum esse quaestiones? Purpuræ enim in suo genere pulchra lateque vocamus. Aeneas mater laetos oculis afflat honores, &c.

Purpura color laetus, &c.

Lumenq; iuuenta

Purpureum sic Diua laetum

Rosae perfudit luce iuuenta.

Fecit scilicet ut vocant ἐπεὶ δὲ γὰρ ἀγαθὸν τοῦ ποικίλου ἀγαθόν, purpurei florere genis.

Speculatissime igitur vestiebatur diues: Siue purpura punica fuit, siue alba. Id quod de candida doctissime docet noster Ludouicus in Virg. lib. 1. Sexto demum cygni purpurei dici queunt omni proprietate, nam duplicem esse purpuram, puniceam & albam, nemo dubitat. Hispani certe grana blanca habemus & nominamus. Sed & in auctoribus mentio est purpure candida. Plutarchus in Alexandro, ubi loquitur de purpura Hermoniacæ, ait illam multos annos seruire colorem recentissimum, ac floridum, cuius rei causam assignat dicit puniceam purpuram spectabilem diu permanere, si insectura illius fiat melle; candidam quoque durare, si fiat oleo candido. Graeca, quæ ad rem, ἀπὸ τοῦ ποικίλου τὸ λεῖον βαφὴν διὰ μέλιτος ἢ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἀλεγεινῶς, διὰ τοῦτο ὁ λεῖος τὸν λευκόν. Vides ut agnoscat vitamque purpuram. Cur non igitur de candida capiat Horatius? cur non Albinouantius, cum scripsit,

Brachia purpurea candidiora nive,

In elegia de obitu Mæcenatis. Cur non ille versiculus,

Purpurea sub nive terra later.

Cur non mille alij? Certè Domitius Flaccus lib. 4. Arg. vocantem saltem purpureum de candido accipit, & purpureos olores Horatij etiam de candidis: ad idem pertinet Epigramma Marij Mollæ poetae Itali:

Candentem indutus cyncum dum luppiter ardens,

Dilecto Lede serperet in gremio,

Iuno ait. Humanos potius mihi sumptus artus,

Quisquis in hac falsa ludo adulter aue.

Vel mea purpurea canescant pectora plumæ,

Hæc mihi sit, cupiam, lego colendus amor.

Denique Hispanus poeta Ioannes de Mena multis nominibus insignit, qui floruit rudi saeculo, non minus atque olim Ennius, candidam purpuram agnoscit octavio 72. cum ait:

De candida purpura suu veridura.

§. 4. Purpuræ additur Byssus, splendori lasciuia mollities, de qua in exodo satis dixi. Id solum molles, Byssus, linum esse tenuissimum, molissimum, pellucens, & interdum quod in eo genere præstantissimum erat, auri solitum æquiparari, ut est auctor Plinius.

VERSUS 20.

Et erat quidam mendiculus nomine
Lazarus, qui iacebat ad ianuam
eius, ulceribus plenus.

QUESTIO I.

Quis Lazarus?

§. 1. Non illæ Marthæ & Mariæ frater erat, viuebat ille, nec pauper ad diuitis ædes unquam vlcerosus iacuit.

Verum alius cuius festi Ecclesia celebrat. Lazarus autem

non est frater Mariæ.

inferno, ex quo patet, non referri infernum, ad verbum sepeliendi.

Sepultura diuitum in inferno: Ezech. 32. Ibi Assur & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eius: omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio, &c. Augustinus vramq; lectionem habet.

Elevans oculos: nam ante diuersi erant vanâ opinionum opinione, vt Chrysostom. Mihi est, & inde oculi solutuli.

VERSUS 23.

Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis vidit Abraham à longe & Lazarum in sinu eius.

QVÆSTIO I.

An diues Lazarum viderit?

§.1. **T**ertullianus libr. de animâ capit. 7. hinc docuit animam corpoream esse. Quantum ad philosophos satis hæc, quia quantum ad nostros ex abundanti, quibus corporalis anima in ipso Euangelio relucebit. Dole apud inferos anima cuiusdam, & punitur in flamma, & cruciatur in lingua, & de digito anime sollicitior implorat solatium torus, imaginem existimas exitum illum pauperis lacrimis, & diuitis meritis? & quid illic Lazari nomen, si non in veritate res est? Sed etsi imago credenda est, testimonium erit veritatis. Si enim non haberet animâ corpoream, non caperet imago animâ ignem corporis: nec mentiretur de corporalis membris scriptura, si non erant. Et de resurrectione carnis cap. 17. Nos autem ANIMAM corporalem, & hic profitemur, & in suo volumine probamus, habentem proprium genus substantiæ, soliditatis, per quam quid & sentire & pati possit. Nam & nunc animas torqueri, foueri, puniri, licet nudas, licet adhuc exules carnis, probant Lazari exemplum. Contra Augustinus libr. 4. de anima & eius origine. Claudianus libr. 3. de statu animæ capit. 9. aduersus Faustum. Nyssen. libr. de animâ, & resurrectione. Vide & Augustinum libr. 10. de Genesi ad litteram. Fulgent. libr. 2. de fide. Non dixit Tertullianus corpus, quomodo Hilarius, Hieronymus, Cassianus, interdum pro substantiâ accipiunt corpus, sed effigiatam & coloratam colore lucido, & æthere illustrem. Tertullianus verò nisi corpus esset, nihil esse putavit, eo deductus perversiones famitum Montanisticarum, libr. de animâ. cap. 9. Valde admirati sunt in Tertulliano tam puerilem errorem viri docti, neque enim intellectiorem suam & discursum corpora dicere, neque nihil potuit. Verum ita demerantur, quos hæresis semel imbuat.

§.2. Vidit igitur Lazarum diues, oculis intelligentie, seu visionis intellectualis, quali Angeli corpora & spiritus intuentur. Verè autem vidit, non sensu corporis, sed acie mentis. Quæ ex te discimus beatorum gloriam à damnatis, & damnatorum pœnas à Beatis videri; quamvis enim Abraham & filij eius nondum gloriâ donati essent, rationi tamen consentaneum est, non cœlari cœlites, Dei visione donatos, quod patebat eis, quia eam aspirabant. Videbunt igitur impiorum pœnas, & fumum tormentorum ascendentem in sæcula sæculorum.

§.3. Nec tamen idè flamma Metaphorica est, si membra diuitis improprie sumuntur; nam & Diabolo paratus est ignis, nec corpus tamen habet, sed substantia spiritalis mirabili modo ab igne torquetur, quæ de Augustinus, & ego alio loco.

VERSUS 24.

Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam & refrigeret linguam meam qui crucior in hac flamma.

QVÆSTIO I.

An diues clamavit?

§.1. **N**on fuisse clamorem sonitu vocis ad Lazarum pertingentem, res ipsa docet, non enim corpus erat, sed animæ spiritalis erat vociferatio, quæ indicabat, quod soler vox humana. Christus corporatis actionibus spiritalia exponit, ideoque & non procul aberat sinus Abraham à loco inferorum, aut quasi non procul distet; colloquium institui fingitur. Verè tamen vocis sonus esse potuit, quem anima ætæ collisione non minus edere, quàm Angeli & demones possunt. Magna pœna magnam vocem reddebat. Syrus habet *וְקָרָא בְּקוֹלָא רַבָּא* *Vakera becalarama, & clamavit voce alta.* Quæ etiam propter, quia habet *וְקָרָא* *ecce.*

§.2. Quæ verò sint rationes, quibus mutuo Angeli vel animæ separatæ sibi voluntatem & sententiam manifestant,

Theologi certant, & adhuc sub iudice lis est.

Omnes verò ita eâ de re disputant, ut aliorum coniecturas faciliè destruant, suas stabilire non possint.

Locutio Angelica.

QVÆSTIO II.

Quid petierit ab Abraham?

§.1. **A**d Abrahamum preces conuertit, non Lazarum; Abraham enim velut princeps appellatur. Patrem appellat ipse Isaac, filius Abraham, sed secundum carnem, non ex fide.

Abraham pater diuitis.

Id verò difficile est, quomodo petierit pœnæ qualemcunque leuationem, cum certo sciret, nec liberari se posse, nec dolorum acerbiteriam minui. Non enim damnati vel à Deo, vel à sanctis suppliciorum mitigationem orant, certi iudicio Dei immutabili omnia constituta, & tormenta, & tormentorum modum.

Damnati non solent orare sanctos.

§.2. Quorundam est, nec omnino reiicienda responsio. Christi propositum fuisse ostendere, diuitem eguisse pauperis auxilio, nihil tamen consecutum, negari guttam ei, qui negavit micam. Verum tamen difficilis est ratio, siue verè petiuit, siue parabolice res narratur. Si verè ad refrigerium guttulam rogauit. Spes ergo nonnulla fuit consequendi; homo enim improbus nunquam rogaret inimicum, quod sciret non posse concedi. Si parabola est, non multo est minor difficultas; Non enim id quod fieri non solet, nec potest, in parabola recensetur. Parabola enim ex illis sumitur, quæ fieri possunt.

§.3. Parabolice illa dici existimo. Nec enim tantum parabola illarum est rerum, quæ fieri solent, sed etiam, quæ ad aliarum, quæ sunt, similitudinem fiunt, ut cum ligna euni ungere super se regem. Hic igitur affectus animæ damnatæ exprimitur quæ oraret vel vna guttula linguam refrigerari, vnam, dicit,

Parabola etiam de illis que non fiunt sumuntur.

dicite intra se, vel digiti extremum iningat in aquam, & refrigeret linguam meam, utinam saltem ne fratres huc veniant: his cogitationibus respondet Abraham, Filii recordare.

§. 4. Posset fortasse & illud dici, damnatos aliquid posse à Deo petere, & aliquando impetrare. Nam Dæmones cum rogant, ut finantur ire in porcos, idipsum obtinent. Non ergo mirum est & hunc aliquid sperasse. Aliquam in pœna mutationem; necdum enim cognouerat, id fieri DEVM nolle.

§. 5. Quod verò Abraham respondet, accepisse eum bona in vitâ suâ, Lazarum mala, ideo hunc nunc consolari, illum cruciari: non ita accipiendum est, quasi bona fuerint causa exitij, aut mala, salutis. Ab externa nō su enim bonorum dum in luxum impenduntur, percutiunt diuites, & aduersitatum tolerantia saluantur pauperes. Alioqui ipse Abraham inclytus fuit, & diues, multique reges, sed diuitijs ad virtutem liberalitatemque vsi sunt.

VERSUS 62.

Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est. ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.

QVÆSTIO I.

Quod Chaos?

Chaos Cha- §. 1. GRÆCIS est χάσμα hiatus, existimat autem
fma. Maldonatus legendum Chasma in Latino textu. Chasma illud vel locorum est intercapedo, quam minus aduertit in flammis diues, vel vtriusque status immutabilis, & fixa sententia, qua fit, ut spacium intermedium sit imperium, ideo ait ἐμπειρία, ita vtriusque inclusi sunt, ut conuenire non valeant. Syrus vocat חַסְמָא Sima positum.

Beza imperitè reprehendit, quod noster vertit, firmatum, quia agatur de re non solida, sed inani. Nam & ipse res fluidæ sic firmantur, ut moueri non possint, quod si res inanis ac vacua GRÆCÈ dicitur ἄπειρος, & ἀτελής, cur non firmari Latinis? Si igitur noster inconuenienter, eadem est culpa Euangelistæ, imò Domini. Hiatum Syrus appellat חַסְמָא Mautha, quod non longè abludit ab Latino nomine.

Imperium §. 2. Quod noster habet, In his; omnibus in GRÆCO est, ἐν ταῖς ῥήσιν, præter hæc omnia. Chaos vero esse ex decreto numinis, etiam docet Augustinus lib. 2. qq. Euangel. quæst. 38. Quod autem dicit, ad ea loca in quibus torquentur impij iustos etiam si velint, non posse transire: quid aliud significat nisi post hanc vitam ita receptis in carcere, ut inde non exeant donec reddant nouissimum quadrantem per incommutabilitatem diuine sententiæ, nullum auxilium misericordiae posse præberi à iustis, etiamsi velint illud præbere? Quo admonet scilicet, ut in hac vitâ homines subueiant quibus possint, ne postea etiamsi optime recepti fuerint, eis quos dilunt optulari non valeant. Illud enim quod scriptum est. Ut & ipsi recipiant vos in æterna tabernacula: non de superbis & immisericordibus scriptum est, qualis iste diues fuisse demonstratur, quod recipi à sanctis in illa tabernacula mereamur: sed de his qui sibi amicos officio-

ssimū operibus misericordiz fecerint: quamquam nec iusti velut propria potestate quasi gratificari recipiant, sed promissione atque permissione illius, qui eo consilio prænuit, ut sibi amicos facerent, & qui seipsum passus, vultu, hospitio recipi, visitari in vnoquoque minimorum suorum, liberatoris bonitate dignatus est. Quamquam illa receptio, vtrum statim post vitam istam fit, an in fine seculi in resurrectione mortuorum, atque vltima retributione iudicij, non minima quæstio est: sed quandolibet fiat, certe de talibus, qualis ille diues insinatur, nulla scriptura fieri potest. Quinque autem fratres quos habere se dicit in domo patris sui, Iudaos significant. Appellati autem sunt quinque, quia sub lege detinebantur, qua per Moysen data est, qui liberos quinque conscripsit.

§. 3. Erasmus valde miratur, cur GRÆCUM VOCEM χάσμα veterit noster, & vocem GRÆCUM aliâ GRÆCâ VOCEM exponens. Verum mirari non debuit, cum Chaos Lat. Quotinis vsitatum sit, idemque significet quod χάσμα, ideo vox ignota per notam explicatur, χάσμα & χάσμα. Latinitate donata non sunt, Chaos iam olim Lat. expostum fuisse ostendit Ouidius initio Metamorph. ut igitur ignotum Latine per notum exponimus, ita quoque in GRÆCIS vsu venit. GRÆCUM VERBUM χάσμα Latinis notum, tritumque est, χάσμα nequaquam. Perinde ac si GRÆCUM ὁράω, vocem ὁράω, quid sit ὁράω multi ignorant, quid ὁράω. Ode, penè nullus.

VERSUS 27.

Et ait: Rogo ergo te Pater, ut mittas eum in domum patris mei.

QVÆSTIO I.

Cur ad fratres mitti cupit?

§. 1. QVI historiam esse consent, duobus modis etiam exponunt. Chrysost. hom. 4. de Lazaro, Ambros. Theophyl. amore fraterno id factum, ut illis caueretur, ne venirent in locum tormentorum, quæ sententia verbis diuitis est contenta. Alij non amore fratrum id factum, sed quod vereretur, ne ipse, eorum ad damnationem accessu grauius torqueretur; utpote alienæ etiam damnationis causa.

§. 2. Qui parabolicam hanc partem existimant, nec colloquium hoc fuisse arbitrantur, nec alia causa à CHRISTO inductum, quam ut ostenderet credendum scripturæ, & doctoribus viuus, non expectandum donec à mortuis resurgant, qui viua referant.

§. 3. Est tamen aliqua in vtrâque expositione difficultas: cum enim damnati, omni erga proximos etiam parentes, & filios amore exuto, odio DEI, omniumque creaturarum, inuidiæque flagrant, omnium exitia exoptent, eademque ruina inuoluunt mundum vniuersum in votis habeant, non modo sollicitus de salute fratrum non fuit, sed eos æterno supplicio deuotos in eadem secum flammâ voluerit cupiebat. Quocirca nec admoneri eos de salute petijt, nec veluti id petens induci oportuit, nisi sui fortè causa, quod penam suam ex eorum damnatione aggravandam, eorum se contumelijs lacerandum cognosceret: quæ est sententia communis. Que mihi tamen idcirco difficilis videtur, quod multi alij ex familiâ & vicinis ea de causa monendi viderentur, quibus peccandi occasiones obtulit, vel etiam scelera mandauit.

§. 4. Si ergo serio, & amore fraterno, ac naturaliter Epulo suos fratres complexus est, nondum in extremam desperationem venisse videtur. Dei enim summum odium, & creaturarum imbuti, non desiderant alienam salutem damnati, hac in re demonum imitatores. Porro vero Deus sententia suae revelationem in hibe- redone cum Lazaro res transigeretur. Quod si dica- mus, omnia erant facilia. Quamvis enim in momen- to, in ictu oculi examen, & pronuntiatio sententiae ordi- nariae in illo tribunali absoluitur, potest Dei arbitrio per vires & tempora contingere: ut probabile est factum in Doctore Parisiensi, qui primo die accusatus, altero iudicatus, tertio damnatus est. Quod si sic factum est, facile etiam ratio constat, cur mitigationem petent ab Abrahamo.

QVÆSTIO II.

Cur diues cruciatur?

§. 1. Abraham causa reddita ostendit, ne guttam quidem refrigerio posse concedi. Recordare quod bona recepisti in vita tua.

Epulum appellat, quia Pater ab eo appellatus fuerat, non folandi causa, verum ut impietatem damnato ex- probaret, ut qui ex populo fœderato genere electo, filius regni, ei cuius sit foras in tenebras exteriores.

§. 2. Causa damnationis obicitur horribilis san- guis, non furta, rapinae, iudicia iniusta, adulteria, homici- dia, blasphemiae; Sed quia recepisti bona, & pœnas, hoc est, mercedem, & quicquid a Deo exspectare potuisti, iam recepisti, nulla superest consolatio.

Non culpantur diuitiae, sed abusus, alioqui & Abra- ham, & David aliique bona receperunt, ut & cum nihil- omnis in requie erant: non enim delicias sibi finem vitae propoluerunt, sed ad aliam vitam anhelabant. ut ante dictum.

§. 3. Hunc locum Græcis obiecerunt olim Latini Pœnes, ut probarent pœnas non differri, nec pœnia- ad exitum mundi diem. Responderunt illi: Domi- num de rebus futuris, veluti præsens loqui. Hoc tamen refutatur ex eo quod de fratribus adiungitur, ut enim post iudicii diem legatione nulla opus ha- bere, quæ ad officium eos reducat.

§. 4. Marcion penè more Calvinianorum docet, pœnas a Deo malo, pœnia a Christo esse, Tertull. l. 1. 4. contra Marcion. c. 2. 4. Habent illi Moses & Prophetas, il- li autem. Sed Marcion aliorum sum cogit, scilicet utramque mer- cedem creatoris, siue tormenti, siue refrigerij apud inferos deter- minet ea posuit qui Legi & Prophetis obedierint, Christi vero & Deo sui celestem desinat sinum & portum. Respondebimus & hac ipsa Scriptura reuincere oculos eius, quæ ab inferis di- scunt Abraham sinum pauperi. Aliud enim Inferi, ut puto, aliud quod Abraham sinus. Nam & magnum ait intercedere regiones istas profundum, & transitum virum, prohibere. Sed nec alle- uat oculos diues, & quidem de longinquo, nisi in superiora, & de altissimis longinquo per immensam illam distantiam sub- limitate & profunditate. Vnde apparet sapienti cuique, qui ali- quando Elyptos audierit esse aliquam localem determinationem, quæ sinus dicta sit Abraham, ad recipiendas animas filiorum eius etiam ex Nationibus, Patri scilicet multarum Nationum in A- brabe sensum deputandarum, & ex eadem fide quæ & Abra- ham Deo credidit, nullo sub iugo legis, nec in signo circumcisio- nis. Eam itaque regionem dico Abraham, etsi non celestem, subli- mior tamen inferis, interim refrigerium praebituram ani- mabus iustorum, donec consummatio rerum, resurrectionem omnium, plenitudine mercedis expungat: tunc apparitura coe- lesti promissione quam Marcion suo vindicat, quasi non & crea- tore promulgatam.

§. 5. Olim Syracusis erant, ut est in Epist. Hilarii ad Augustinum, qui dicerent. Diuites manentem in diuitis- simo, regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua vendiderit, Adami Conzen in Evang. Tom. II.

nec ei prodesse, si forte ex ipsis diuitiis mandata fecerit. Quibus Aug. Ep. 89. q. 4. respondet. Euaferunt istorum disputatio- nes, Patres nostri Abraham & Isaac & Iacob, qui tanto ante ex hac vita migrarunt. Habebant quippe hi omnes non paucas di- uitias, sicut fidelissima Scriptura testatur, multos tamen ven- turos ab Oriente & Occidente, & non supra ipsos, vel extra ipsos, sed cum ipsis recubituros in regno caelorum, ille ipse qui propter nos factus est pauper cum vere diues esset, veracissimam promissio- nem prædixit. Et quamvis superbus diues, qui induebatur purpu- ra & bysso, & epulabatur quotidie splendide, mortuus apud in- feros torqueretur: tamen si pauperum vicerit, qui ante ianuam Diuites quæ- modo beati. eius contemptus iacebat, misertus fuisset, mereretur & ipse mi- sericordiam. Et si pauperum illi meritum esset inopia non iusti- tia, non utiq; ab angelis in Abraham gremium, qui diues hic fœ- rat, tolleretur. Sed ut nobis ostenderetur, nec in isto paupertate per seipsam diuinitus honorata, nec in illo diuitias fuisse danatas: sed in isto pietate, in illo impietate suos exitus habuisse: sic susce- pit impium diuitum cruciatus ignis, ut tamen piæ pauperem su- sciperet finis diuitis. Qui sanè cum hic diues viueret, diuitias sic habebat, & eas prae Dei praeceptis pariti pendebat, ut etiam cum ipsis filij immolatione nollet offendere Deum iubentem, quem suarum diuitiarum, & sperabat & optabat heredem. Hic utiq; dicunt idem Patres antiquos non vendidisse omnia, quæ habe- bant, & dedidisse pauperibus quia hoc eis non praeceperat Domi- nus. Nondum enim reuelato testamento nouo, quod non fieri nisi plenitudine temporis oportebat, nec eorum virtus fuerat re- uelanda, quæ virtute hoc eos facillime posse, Deus in eorum cor- dibus nouerat, qui testimonium illis tam insigne perhibebat, ut cum sit omnium sanctorum Deus, tanquam de praeceptis amicis suis dicere dignaretur. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, hoc mihi non eni in eternum. Postea verò quam ma- gnâ pietatis sacramentum manifestatum est in carne, & vocandis omnibus gentibus. Christi aduentus illuxit, in quem etiam illi pa- tres crediderant, sed huius fidei oliuam suo tempore manifestan- dam, in illius arboris. De qua Apostolus loquitur, tanquam radi- ce seruabant dictum est diuiti; vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, & veni sequere me.

QVÆSTIO III.

An aliquando mortui appareant?

§. 1. Chrysost. ho. de Lazaro, negat, itemq; Tertull. & alii. Augustin. de cura pro mortuis agenda Spiritus an- asserit, c. 15. 16. adeoq; certum existimat, ut stultum iu- appareant, dicet negare. Apparere quidem infinita decet, etiam grauius mortuorum testimonium. Porro Spiritus mor- tuorum damnatorum rariis interesset rebus humanis, docet Thyreus noster de locis infestis, part. 1. c. 5. & c. 9. Hierony. contra Vigilantium. Multa de hoc gene- re Martinus Delrio q. 26. Sec. 6.

§. 2. Caluinus queritur nos illa verba usurpare, ut probemus mortuos pro nobis curam gerere. [Hic in- eptè arguti sunt Papistæ, dum probare volunt mor- Argumē- tuos curam agere viuorum, quo cauillo nihil est puti- ta contra- dius, nam eodem colore eliciam fideles animas sorte appa- ritio- sua non contentas, nisi firmus hiatus ab inferis eas ar- nes mor- ceat, illuc migrandi desiderio teneri. Hanc infaniam tuorum. si nemo recipit, non est quod in altero commento Pa- pistæ sibi multum placeant.] Tossanus idem confi- cete conatur, non apparere animas. [Vltima pars huius historiae licet parabolica sit: de rebus tamen grauiissi- mis nos admonet. Inter alia ex hoc loco cōfici potest: animas mortuorum non apparere viuētib; (sicut Tertull. lib. de Anima, Athan. quæst. ad Antiochum, Chrysost. ho. vltima de Lazaro ex hoc loco rectè pro- bant) quicquid negent nonnulli Iesuitæ. Dæmon qui- dem sepe animarum defunctorum personam aliquam sumit, ut illudat in credulis: Sicut 1. Samuel. 28. Et in- terim magna pars superstitionum Pontifici rum niti- rur apparitionibus & visionibus, quibus Dialogi Gre- gorii Primi, & Legendariorum referta sunt.] Re- spon-

VERSVS 2. 9.

*Et ait illi Abraham: Habent Moysen
& Prophetas, audiant illos.*

QVÆSTIO I.

*An quia ad Moysen & Prophetas remittuntur,
sola scriptura sufficiat?*

§. 1. Argumentum validum sibi necesse hæretici videntur. Habent Moysen & Prophetas, audiant illos, inquit, Abraham, inde concludit, non opus esse vt Lazarus mittatur. Ergo inquit hæretici sola scriptura sufficit ad omnia fidei documenta? Respondet Maldonatus abusum esse Scripturæ: si enim hinc concludi re velis & restringere fidem ad verba Abraham, consequetur, ne Apostolicis quidem scriptis credendum, quia Moysen & Prophetas nominat. Hic verò tantum de statu vitæ æternæ agitur, de qua satis ex Moysen & Prophetis constabat.

§. 2. Deinde concludunt cuiq; legendam vernaculâ linguâ Scripturam, & sine interprete. Quæ hæresis iam tot hæreses peperit, vt ab eâ recedant etiam plerique hæreticorum; quorum enim tot commentarii, nisi vt recte Scripturarum sensus intelligatur? Abraham quidem ad Moysen, & Prophetas fratres. Epulonem remittit, sed qualis in Ecclesia legi solebant, & ex mente Ecclesiæ intelligenda ad regem scriptam remittit iudex; verum non iudicio patrum legem submittit. Eos audire iubet, non expectare mortuos:

§. 3. Qui infideles sunt Prophetas contemnunt; falsum omnia despiciunt, si mortui resurgant, spectant aut phantasmata fabulæque inanes iudicant. Aliquos Christus excitauit à mortuis, nec tamen illis crediderunt Pharisæi potius egerunt vt Lazarum occiderent alium quæri fuscitaret Christus. Pareus lib. 1. c. 8. de gratia & libero arbitrio, inde conficere conatur, non dari vlli salutem, nisi per verbum & fidem, quod verum est de fide, & verbo Dei reuelato; at ille constringit ad solam Scripturam. Non vult autem nisi per verbum fidei dare fidem ad salutem: Habent Moysen & Prophetas audiant illos. Quod non modo falsum est, sed etiam absurdum. Deus homines per creaturas, per angelos, per alios homines ad fidem excitare solet, non autem est alligatus ad solas Scripturas. Quid enim de illis dicemus, qui ante Moysen & Prophetas vixerunt, aut cum illis diuersa in parte mundi iudeis, audientes Moysen & Prophetas, gentilibus per alios docere

viam veritatis potuit; non enim eos ad Moysen remisit.

At lib. 4. c. 4. in eodem tractatu. Ex illis ipsis verbis Patrum auctoritatem eleuare conatur; quia ad Scripturas Abraham remittit: cum tamen non modo scripturas, sed eorum etiam sensum nobis Christus commendat; quæ non ex suo quisq; sensu, verum Ecclesiæ interpretatione sumat, necesse est. Alioqui frustra est lex posita, si legis sensus est incertus; si à nullo authentica interpretatio haberi potest, Seminarium enim litium est, legis sine iudice vox ambigua.

§. 4. Reuelationes à Deo non querendas ex hoc loco probare nititur Pareus 1. 3. de iustificat. c. 8. [Nec dubitamus, quicunq; de dimissis sibi peccatis speciales à Deo reuelationes poscunt neq; credunt Euangelio, eos Deum horribiliter blasphemare, quia cum in verbo suo mendacem faciunt, quod qui credit in Filium Dei, accipiat per nomen eius remissionem peccatorum, & habeat vitam æternam. Clamant enim cum Epulone: Non Pater Abraham: sed si quis ex mortuis abierit ad nos, credemus, &c.]

Respondeo. Nemini dubium esse, credenti recta vnaq; fide remissa esse peccata, an vero conditionem illam quisq; explevit id non esse certum. Itaq; si quis dubitat an sibi peccata remissa sint, non facit Deum mendacem, sed de sua dubitat penitentia, vitæq; an illa sit, quæ in conspectu Dei placeat. Porro non sequitur fratribus diuitis non missam per mortuum reuelationem, non igitur vlli posse mitti. Multa enim Deus sanctis atq; etiam impiis reuelat, quæ alios latere vult: nec enim est abbreviata manus Domini, vt non possit, aut præcisa benignitas vt non velit apparitiones verò, & reuelationes plurimas esse, & fuisse in Ecclesiâ, omnis ætatis historia testatur. Adeo vt vix hæretici inueniantur qui eas negent. Verum de his aliâ occasione agendum.

§. 5. Item 1. 4. c. 3. demonstrat Moysen & Prophetas à Christo probari, & Christum eorum sermones pro suis agnoscere. Quoniam autem Moysi literæ, verba sint Christi, ipse ait ad iudeos, quemadmodum Ioannes in Euangelio commemoratus est. Si credidissetis Moysi, credidissetis & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, neque meum sermonibus credetis. Manifestissime significans Moysi literas, suos esse sermones. Ergo Moysi, & reliquorum sine dubio Prophetarum sermones ipsius sunt, quemadmodum demonstrauimus. Et iterum ipse Dominus ostendit Abraham dixisse diuiti, de his omnibus, qui adhuc erant in vita. Si Moysi & Prophetis non obediunt, nec si quis à mortuis resurgens ad illos eat, credent ei.

CAPVT XVII.

Et ait ad discipulos suos: Impossibile est, vt non veniant scandalâ: vñ autem illi, per quem veniunt. 2. Vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius, & projiciatur in mare, quam vt scandalizet vnus de pusillis istius. 3. Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si penitentiam egerit, dimitte illi. 4. Et si sepius in die peccauerit in te, & sepius in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. 5. Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem. 6. Dixit autem Dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & transplanare in mare: & obediet vobis. 7. Quis autem vestrum habens seruum aut anatem, aut pascuam, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, recumbe. 8. Et non dicat ei: Para quod conem, & præcinge te, & ministra mihi, donec manducem, & bibam; & post hæc tu manducabis, & bibes? 9. Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? 10. Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. 11. Et factum est, dum iret in Ierusalêm, transibat per mediam Samariam, & Galileam. 12. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe. 13. Et leuauerunt vocem dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. 14. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus: Et factum est, dum irent, mundati sunt. 15. Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mandatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum. 16. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens, & bice rat Samarianus. 17. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? 18. Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi alienigena. 19. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit. 20. Interrogatus autem à Pharisæis, Quando venit regnum Dei? respondens eis dixit: Non venit regnum Dei cum obseruatione: 21. Neq; dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. 22. Et ait ad discipulos suos: Venient dies, quando desiderabitis videre vnum deum Filij hominis, & non videbitis. 23. Et dicent vobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neq; sectemini. 24. Nam sicut fulgor co-ruens de sub celo in eâ, quâ sub celo sunt, fulget: ita erit Filius hominis in die sua. 25. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari a generatione hac. 26. Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus Filij hominis. 27. Edebant & bibeant:

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

2

pxores: